



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 14. Vada Satana. Molesta fuit hæc Christo tentatio: (talibus tu quoque responde: Vade Satana.) de qua Christus, ad magnum Matris suæ Virginis solamen triumphavit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

fuit hic istus. Quid in te non operabitur, si tibi aureorum offerat cumulos; si pro pretio animam illi configures. Quid non a te extorquebit, qui ob leuam voluptatem te illi tradis, si tibi omnia deliciarum genera sponderet: quid non illi concederes, qui ob fustem honorem ei te ipsum consignas, si tibi omnia regna mundi polliceretur possidenda? Considera, quæ lo te, Traditor est, deceptor, mendax, atque in eo verificatur illud ænigma, quod notat Diuus Augustinus propositum a Salomone, secundum Septuaginta; *Mulier inops panis, conuocat prestrentes, dicens: Accipite panes.* Ænigma est, Mulier, cui ne vnica quidem est panis mica & quoscumque viderit, ad eum conuocat: promittit, tibi dabo, non vnum panem, sed panes; ipsa vero, vix vllas panis habet reliquias; & multos & integros promittit panes. En demone; Mulier vocatur, eius enim agendi modus, est blandimentis allicere, vt solent mulieres. Tam omnium est indigus vt ne micam quidem mundi bonorum possideas, nec voluptates, nec gloriam nec requiem, nec delicias, quid ergo? ipse totus, tantus quantus, miseria est, poena est infernus est; proinde eum comparat Prophetia Oleas vineas vna tu n, post iam expressas vnas, quæ nullum in se succum habent: *Vinacia vana.* Nihilominus allud in ore nihil habet, quam homines, qui iure optimo dicuntur, *Preturantes*, illo illicere; *Tibi dabo*, promittens sensual, delicias, ambitio honores, avaro diuitias &c. O te male faultum, ait D. Cyprian quis dare potest, quod non habet? Quid habes tu, infelix, nisi paupertatem, & quomodo diuitias largieris? quid habes, nisi dolores & quomodo ad gloriam sublimabis? quid habes, nisi æterna tormenta? & quomodo promittis, requiem? Optime noui, id quod retribuēs, o proditor; putredinem, vermes, vulnera, dolores, afflictiones, paupertatem, filiorum necem, hoc enim est, quod Iob tribuisti, quando tu, s manibus commitebaris; Aristote mendax: quid dicit: *Mea sunt hæc omnia, & cui voluero, do illa.* Vbi ergo illa Psalmistæ vox; *Domus est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo?* Vbi & illud quod dixit is a quo longe est omne mendacium. *Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus.* Porro, quid plura, loqueris, vt soles, & quasi qui nostram nocetis infirmitatem, cui proprium est, vana spe allicet, & promissis fallacibus decipi. Optime Spiritus sanctus; stulto proprium est, et illis eo deducit, quo tibi placuerit. *Vana spes, &*

mendacium, vno insensato. Stulto inaniter multa promittas, & cum eo quolibet exequeris. Sponde illi, licet adimplendi non habeas voluntatem, habebis eum tibi in omnibus subiectum, *Vana spes*: Instat nucis auellana, quæ præter externam apparentiam habet nihil, & dum eam diffregis, dentes tuos defatigans, nisi inanem ventrem quid aliud reperis? Tales sunt expectationes stultorum, his fidunt insensati, talibus illos demon illaqueat, de his dolosa fingit iuramenta: *Hæc tibi dabo.* His in profundum miseriarum, omnium culparum & dolorum demersit primæ uos parentes nostros, quos Dauid stultitiæ accusat. *Ho mo, cum in honore esset non intellexit.* Irretiuit eos vana spe diuinitatis & immortalitatis, & fallaces confingens promissiones, ilico eos adortus, est illo: *Tibi dabo:* hoc enim fuit illud; *Eritis sicut dei.* His quoque te aggreditur, qui stultus & inspiens id enim omne quod tibi pollicetur; spes est inanis; nux vacua, mendacium. *Tibi dabo:* Spes est inanis, pollicitatio mendax; non enim habet nisi meram apparentem speciem, & sub illa quid latet aliud, nisi tantum malumque tuum persequum? Satis aperte hoc proditor prodidisti in insensato illo prodigo, cui licet tot tantaque te iurasses largitarum, tandem tamen eo deuenit vt tubulcum agens, nec siliquis se pasceret ad salutarem, cui nec querecum glandes disculisti, sed fame enectum perfidus deruisti, & eodem se modo deceptos lamentantur, qui promissis tuis credunt insipientes. Talem te conquereris, post multos concubitus annos, quibus tibi mille mendax spondebat voluptates, & modo quæ sunt (amabo) hæc voluptates nisi infirmitates graues, paupertas infamis, dolores intolerabiles? Talem te deploras factionibus irretitum, quibus tibi honores iurabar amplissimos. Aduerte, quando ad peccatorum accedis confessionem, quid inuenias, quid sentias, quid tibi de te effulsit. Superfit pollicitationibus, quibus te ad peccatum induxit diabolus, dicendo: *Hæc omnia tibi dabo.*

Ps. 48. 20.

Gen. 3. 5.

Tra. 97. in Iano. Pr. 9. 14.

Off. 3. 1. rum.

Li. de te. mon. & ten. tate. Chri. st.

Ps. 23.

Act. 2. 9.

Eccl. 3. 7.

§. 14. Vada Satana. Molesta fuit hæc Christo tentatio: (talibus tu quoque responde. Vade Satana.) de qua Christus, ad magnam Martiris sua Virgini solamen triumphauit.

A Liquores considerauit, quid hac occasione Christus sentierit, aut quæ cogitationes ascenderint in cor eius, cum aduerteret ho-



ius infernalis inimici presumptuosam & non
 ferendam impudentiam. Quid, bone Iesu, in
 te sensisti, tam stupidam notans in diabolo au-
 daciā? Num forte huius doluiti creaturæ in-
 felicitatem, quæ illa cum esset, quæ de diuina
 potentia tua manibus formata prodierat pul-
 cherrima, sanctissima, sapientissima, purissima,
 prudentissima; ex propria (nullo intelligente)
 malicia, ad hanc extremam deuenerat peruersi-
 tatem, degenerat stultitiam, defecerat impuden-
 tiam? Num excoebatis, ingemisti tanta te
 frontis inuereundæ stulticia innotati? Num
 huius tui signenti miseris, quod olim eminen-
 tissima & uenustissima natura dotata, modo
 tam insipiens, tam immundum, tam uidebatur
 indecorum? An in iram commotus, ob eius tam
 temeritiam, quam contumacem superbiam, qui
 tui in celo sibi arrogatæ similitudinem, modo
 in terra se tibi uoluit superiorem, te perit ad-
 ratorem? Notanda sunt hæc, et his remissis, ob-
 seruo, hanc inter cæteras, unam fuisse occasio-
 nem, quæ hoc in mundo pectori Christi graui-
 orem intulit molestiam, quam ipsi colaphi, uerbera,
 et, quibus ei postmodum inuides ille Sata & Iu-
 daeorum manus mortem intulit omnium aceri-
 bissimam.

I. Similitudo.

Gen. 39.

2. Cor. 12.

Pone casum; Reginam stemmate nobili-
 mam corporis elegantia gratissimam, castitate
 purissimam, cui nihil magis cordi sit, quam ma-
 riti sui Regis honor integerimus; ab infami
 nigro Mauro, factioso ad fodinarum effossionem
 condemnato, ad adulterium in mari sui Regis
 summum dedecus prouocari; quid non sentiret
 illa; quanto se probro affectam non stomacha-
 retur? Quam iusta; secundum exteriorem et in-
 similitudinem uisa est, querela illius mulieris
 Putipharis contra castissimum Ioseph, qui fidem
 eius dictis adhibebat (licet infami traditione, &
 mendacio esset subornata) quod cum esse Ioseph
 emptum mancipium, eam tamen, quæ domina
 eius erat, ausus fuisset ad stuprum tollentare?
 quas non emisit uoces, quas non fudit lacrymas
 quam non ostendit, se inhonoratam, despectam
 & atroci notatam infamia? Num te violauit?
 Num retigit? nequaquam, inquit illa, uertima-
 men ille eius aggressus, me rapit in furorē,
 iudicem inopem, contusam, dedecoratam; prouide
 tota conclamat ciuitas. Curia concludit (dictis
 eius credula) eale mancipii nefandum scelus, a-
 trocia mereri supplicia.

Miramur omnes uerba D. Pauli: *Ne mag-
 nitudo reuelationum extollat me, datus est mihi
 stipulibus carnis meæ Angelus Satanae quæ me colaphis*

phias: Qui, quælo, sunt hi colaphi; est enim
 alapa, infamia grauissima, quæ te possit ad iram
 concitare; quæ illa infamia o beate Apostole,
 qua te diabolus inhonorat, ut dicas, tibi ab il
 lo colaphos impingi? Opinatur D. Hieronymus,
 fuisse carnis infirmitates nominatum Cephalæ
 am, id est, dururnum & inueteratum capris do-
 lorem, uel rabidam coxendicis molestiam, quæ ad
 eam prædicationis officio, quod tanto; ere de
 desiderabat, distrahebat. Ita senserat Tertull.
 colaphos hos fuisse dolorem capris, uel aurium
 uehementissimum, quo tam diabolus grauius
 dicebat, uel alterum Iob. *Per dolorem, ut ai-
 unt auricula uel capitis.* Ep. primus omnium hæc
 iudicauerat D. Irenæus ex eo conficiens, quod
 idem Apostolus ait de suis infirmitatibus, *Liben-
 ter igitur gloriabor in infirmitatibus meis.* Dicit
 Chrysostr. arbitratu, fuisse carceres, Cæcenas
 uerbera, quibus cum inimici supprimebant &
 prædicationem eius impediabant. D. Ambros.
 suspicatur fuisse iniurias sibi a Iudeis illatas,
 diceria & calumnias, & falsa testimoniam
 testis, quas ei suscitabant multi falsi prædicato-
 res, eius amuli, quos summopere cor eius
 lancinabant; ut testatur de Alexandro hæresi-
 co *Alexander arripus multa mala mihi ostendit.*

His omnibus consensit Theodoretus
 At uero D. Thom. vestigiis inherens D. Augu-
 stin. in illum locum intelligit fuisse carnis
 instigationes, quibus cum Satana ad Dei offensam
 instigat; quocirca per hos colaphos, quos an-
 topere sensit D. Paulus, accipiamus carnis titil-
 lationes, quibus ad peccatum traheretur; hæc ita
 grauius accipiebat; ac si quis ei colaphos impe-
 gisset. Dederunt, inquit, mihi & adhuc dant
 nuntia mediante carne mea, quasi per tertiam
 personam; quam mihi Satana mittit, sicut hinc
 infames alapas perpetuas; sunt uero hæc carnis
 inordinate commotiones, quibus me ad id
 gerit ut peccem. Dicit mihi, *uir Dei, num
 te Satana superauit? eius ictus te vulnerauit?
 sanguinem extraxit? ad somn coegit? uoluntatem
 consensum uestrum sibi subiecit? An igitur
 ad hoc peruicissit? Nullo modo. Si te non
 superant, quid conquereris, quid te tam
 grauius offensum conteltaris? De tanta audacia
 conqueror, qua mihi suggerit, me premit,
 ut Deum meum offendam, & inhonorem.
 Hoc mihi est multo grauius, quam si
 colaphis me cæderet.*

Filium principem tibi propone patri suo
 obediensimum: si hæc abiectissimi conuen-
 rent

reat serui, vt persuadeant, arma sumat in patrem scepero & corona priuet, ut eam vni eorum des, quantumque promittentes ad hoc auxilium; quo pudore Princeps hic non perfunderetur? quomodo genæ eius inaderent flammæ, quasi colaphis attrita; Mane gladium arripere festinus traditores perfossurus. Egone Regni, patris mei, Domini mei, Regis mei proditor? Princeps illustissime, num quis te reugit? vultum tuum inhonorarunt? fidem tuam euerterunt? Ictus tibi vim intulit? An ergo inferre debuisset? Minime, sed hoc tantum me ad effugium hanc sollicitari perfidiam, me confudit, me grauis offendit, quam si facies colaphos impugissent.

Hoc in Paulo egit hæc Satana tentatio, quam illam mediante carnis petulantia commouebat, & quasi hortabatur: vt Deum offenderet. Infamis est mihi hæc alapa perurgere, vt Deum meum Dominum meum prodam infidelis. Si igitur talis fuerit illa Paulo tentatio, quam diabolus per carnis stimulos proponebat: quid non fuerit Christo filio legitimo & consubstantiali, quod diabolus eo temeritatis ascenderit, vt illi proponeret, hortaretur, vigeret, quatenus in æternum suum Patrem hoc prodicionis tam infame scelus committeret, scilicet demonem adoraret, *Cadens adora me*. O Domine mi, quis modo contempletur faciem tuam instammatam, maxillas, vt coccus rubentes, quasi hæc demonis temeraria impudentia colaphizatas, vtique qui hinc summo te opprobrio censebas subiannatum, proinde tanta ei bile respondisti.

¶ *Vada Satana.* Quo tempore diabolus Christum abscondite & fraudulenter aggrediebatur, manifeste Christus immortis, ac sedatus, quasi nihil horum intelligeret, respondens ei more solito suo, mansuete, modeste, ac longanimiter. Modo vero, dum ictum libræ excerebrose huius & præsumptuose petitionis, aperto capite & detracta larua, in eum inturrexit, vt leo in pugnam lacessitus, vultu ad iracundiam contracto, supercilio irritato, voce exulcerata, de vagina educens Scripturæ gladium accipitem, quo communiter suos profigat inimicos, de quo Ilias; *Spiritu labiorum iurorum interjecit impium*; de montis summo cacumine ad ima præcipitem deturbauit, pedibus suis prostravit, caput dissecuit medium, toto mundo luce clarus eius malitiæ machinas detegens; dum ait: *Vada Satana: scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruis.* De Hieron. Bapt. de In Nuzza. Tom. 1.

quibus alias. Hoc nobis postremum prælegens suo exemplo documentum quod dum quis te manifestè prouocat ad peccatum: tempus est (licet sic dicere) omnem peccandi modestiam, mansuetudinem, ac patientiam, quæ per hoc tamen non deperdetur, & iusta bile pectoris, vultuque subirato illum reijciendi dicendo: *Vada Satana.* Hæc illa tua sit responsio, o puella, iuueni dissoluto, qualis & ipsa fuit S. Agneis (referente D. Ambrosio) filio Romanæ vrbis Gubernatoris: *Disce de à me pabulum mortis.* Hæc illa tua sit, vt nobilissime, ei, qui tibi persuadet, hortatur, & ad vindictæ premit cupiditatem. Sit & illa tua jam nupta, tertiæ illi, quæ tibi sermones infert de tali luxuriosos:

Vada Satana. Hæc Eua perditio: dum ab illa serpens exquirat rem euidenter Dei præcepto repugnantem, quod non eum repulerit, non retorserit illo: *Vada Satana*, sed quod circa propositam cœperit disputare quæstionem: Nullæ sint rationes, quando id quod petitur legibus repugnat manifestè: sed cum Christo responderet: *Vada Satana.*

Verbi huius virtute prostravit Christus inimicum, & reiecit ignominiose: ita vt huius vi verbi fugam attriperit, horrendos emittens eiularus, tristisque gemitus effundens, cum tota demonum phalange, qui ad spectaculum conuenerat. Incunctanter tunc aduolant mille Angelorum legiones Christo famulaturæ & eenerationis, qua par erat legitimum suum Dominum excepturæ: *Ecco Angeli accesserunt, & ministrabant ei.* Ex hoc, ait D. Augustinus, maximè agnouit diabolus personam Christi; quod ad hominis infirmi properarent obsequium tot tamque præeminentes Angeli, vt eorum minimus maiori vigeret potestate, quam omnes consocii hostes infernales. Illuc aduolant, non vnus, sed millei Christo seruituri.

Alii conuincunt perana victoriæ, mille modamina: *Gloria in excelsis.* Sternunt mentem alii, videre est hos colligere florilegia; illa mentis superaspargere; alii tubis, plectris, fistulis, psalmis, nabis caelestes intonant melodias; alii vt notat D. Vincent. Ferrar. a & D. Banau. b l. 2. a. *Sermon Dom. 1.* narrant quomodo transfactus quadraginta diebus arcto viuens strictoque ieiunio, inter bestias demoratus, de Satanae technis victoriam ac triumphum retulerit celeberrimum; jam adesse tempus, quo Sanctissimo corpori suo honestam indulgeret refectonem. Actutum remittit

D. A. M. B.
Sermon. 20.
Tom. 9.

Lib. 9. de
ciuit. Dei
cap. 21.

a Sermon. 1.
Dom. 1.
b De vita
Christi
cap. 17.

H h tit

est filio charissimo caelestis Principis praedictum suum, licet pauperimum. Hec vobiscum accipite Angeli mei, deserte filio, & reliquias reportate utique precibiles quibus me recem. Nolite profire eius documenta, quibus

filii ebees, fortes hiee sine hollum vites pios tamen tabicimus & aspirante Dei gratia victoriam referimus celeberrimam, qua triumpho superne glorie perferemur. Amen.

SUMMARIUM

HOMILIAE SEXTAE SEQUENTIS.



Propone nobis Evangelium, extremum iudicium. Praesentissimum est remedium, quo nostrorum peccatorum vicerunt infirmitates & ab iis nos praeruemus a quo circa articulus est fidei, quem Deus ab exordio mundi, voluit ceteris magis explicito manifestari. b. Tria secundum D. Chrysost. nos docet Christus circa illud, eaque maxime horrenda & expauescenda. c. Primum est: Suprema venturi Iudicis Maiestas d. Licet enim vocet seipsum filium hominis: hoc ipsum facit ad operis celsitudinem e. Secundum: verificatio & causa um omnium hominum exactissima discussio: ad hanc enim faciendam conuenit fieri iudicium vniuersale f. in quo omnes compareant g & palam manifestetur quidquid singuli fecerint, dixerint & intemis cordis sui recessibus cogitauerint, h. Tertium, sententia diuinitua, omni postposita appellatione, qua hoc iudicium terminabitur i. bonis pericuanda k. malis autem summi horrois, confusiois & poene pertremenda l. quorum seuerissimus carnifex ac tortor erit inferni ignis inexinguibilis m.

a §. 1.
b §. 2.
c §. 3.
d §. 4.
e §. 5.
f §. 6.
g §. 7.
h §. 8.
i §. 9.
k §. 10.
l §. 11.
m §. 12.
n §. 13.
o §. 14.
p §. 15.
q §. 16.
r §. 17.
s §. 18.

- §. 1. Sanat animae infirmitates extremi iudicij consideratio, sicut aqua iordani lepram Naaman.
- §. 2. Est hic articulus ab exordio mundi magis explicito propositus: quo Christus suam suae imposuit praedicationem, quem & singulariter precepit praedicari.
- §. 3. Tria principaliter in iudicio sunt attendenda: quae Christus in Evangelio notat.
- §. 4. Cum venerit. Primum attende iudicis Maiestatem: etenim nulle erunt vires, quae coram illa possint subsistere.
- §. 5. Si b. atq. mi. tremescant Angeli, quid aget peccator? In nihilum redacetur, & trucidabitur, inquit Iudas.
- §. 6. Filios hominis. In illa ipsa humanitate in qua Dominus est iudicatus, venet iudicaturus.

- dicaturus, in summissis honorem & peccatorum confusioem.
- §. 7. Filius hominis. Vocatur filius hominis: ex hoc enim testes contra peccatorem producet; quos quidam Sancti timeant.
- §. 8. Congregabuntur ante eum. Secundum: Attende causarum discussionem: qua seundo purgabit. Quod Sapiens bene exposuit.
- §. 9. Congregabuntur ante eum. Deus omnes congregabit, & malos bonorum conuictet virtutibus; sicut dixerunt Henoch, Moyses & David.
- §. 10. Congregabuntur. Ad uniuersalem satisfactionem omnia bona; omnia mala ille reuelabuntur, quod summum inferet horrorem peccatoribus.

§. 11. Om-